DE VIRTUTIBUS

INFIDELIUM AD MENTEM
P. AUGUSTINI.

REFLEXIO VINDEX

Pro Eminentiſs. Cardinali Henrico de Noris
Ordinis Eremitarum S. P. N.
Auguſtini.

AUTHORE
R. P. M. Fr. PETRO MANSO
Auguſtiniano, apud Salmanticenſes Sacræ Theologiæ Doctore, & poſt alias Cathedræ Sancti Thomæ Moderatore, Sacri Auguſtiniani Conventus Salmantini Priore, ac Provinciæ Caſtellæ Diffinitore, necnon pro Provincia in Comitijs Generalibus Romæ celebratis.

SALMANTICÆ:
Ex Officina Francifci Garcia Onorato & San Miguel, Typographi ejuſdem Civitatis. Anno 1721.

CENSURA R. P. M. Fr. EMMANUELIS *Sanz, Auguſtiniani, apud Salmanticenſes Sacræ Theologiæ Doctoris, Philoſophiæ Cathedræ Moderatoris jam emeriti, & pro alijs obtinendis ſtrenui Concertatoris.*

SUperioris noſtri R. P. M. Fr. Eugenij Aguado, meritiſsimi Prioris Provincialis Provinciæ Caſtellæ Auguſtinienſium, urgemur præcepto, ut *Reflexionem vindicem pro Eminentiſsimo Henrico de Noris S. R. Eccleſiæ Cardinali probata* recenſeamus. Vindicavit qua pollet eruditione, & acumine R. P. M. Fr. Petrus Manſo, apud Salmanticenſes Doct. Theologus, ac S. Thomæ Moderator Cathedræ. Et licèt in Lyceo literario utraque manu pro dextera utatur Sapientiens. Mag. nec litum adhùc melle exemit gladium, ſed unicè defenſionis clypeum opponit, ne viciſim lædendo, malum reddat pro malo; neque dum veritas defenditur, charitas ipſa minuatur.

Primas ſapientiæ laboribus repetitis obtinere debuit Doct. Noſt.

DE VIRTUTIBUS INFIDELIUM, AD MENTEM P. AUGUSTINI.

REFLEXIO VINDEX PRO EMINENT. CARDINALI NORISIO.

§. I.

RECENSENTUR CONTUMELIÆ, *criminationes, & accuſationes, quibus Noriſius impetitur à novo Scriptore.*

NULLAM Umquam mihi fidem adhibendam prudentiſſime pertimeſcerem, ſi quas recenſere decrevi contumelias in Noriſium, tot teſtes non haberent, quot exemplaria typis data à RR. & mihi ſatis venerando P. M. Fr.

 Emma-